tui ſancti habitent in ea, qui nos in pace cuſtodiant, & benedictio tua ſit ſuper nos ſemper ; Per Dominum, &c.

****

Antienne à la ſainte Vierge.

INviolata, integra et caſta eſt, Maria,
Quae es effecta fulgida cœli porta.
O Mater alma Chriſti cariſſima,
Suſcipe pia laudum praeconia.
Noſtra ut pura pectora ſint et corpora.
Te nunc flagitant devota corda et ora,
Tua per precata dulciſona,
Nobis concedas veniam per ſaecula.
O benigna ! O Maria ! O Virgo pia !
Quae ſola inviolata permanſiſti,

v. Poſt partum Virgo, inviolata permanſiſti. R Dei genitrix, intercede pro nobis.

ORAISON.

DEus, qui ſalutis aeternae beatae Mariae Virginitate fœcundâ ; humano generi praemia praeſtitiſti, tribue, quaeſumus, ut ipſam pro nobis intercedere ſentiamus, per quam meruimus auctorem vitae ſuſcipere Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, &c.